



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Philippi Servii Amicus Fidelis Usque Ad Mortem

Bouchy, Philippe

Coloniæ Agrippinæ, 1660

§. I. Pro recuperanda sanitate recitari poterunt sequentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54799](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54799)

AMICI FIDELI
USQUE AD MORTEM
PARS SECUNDA,

S I V E

ORATIONES ET PRECES
Pro ægris & moribundis
usurpandæ.

§. I.

*Pro recuperanda sanitate recitari po-
terunt sequentia.*

Vers. **A**djutorium nostrum in no-
mine Domini

Resp. Qui fecit cælum & terram
Domine exaudi orationem
meam.

Et clamor meus ad te veniat,
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo,

ORATIO

O R E M U S.

Virtutum cælestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem & omnem infirmitatem præcepti tui potestate depellis, adesto propitius famulo tuo, (*famulus tua*) ut fugatis infirmitatibus, & viribus receptis, nomen sanctum tuum, instaurata protinus sanitate benedicat. Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum filium tuum, qui tecum vivit & regnat.

Jesus Mariæ filius, mundi salus & Dominus, meritis & intercessionem Virginis Matris suæ Apostolorum Petri & Pauli & omnium Sanctorum sit tibi clemens & propitius. Amen.

Vers. Sana me Domine, & sanabor.

Resp. Salvum me fac, & salvus ero.

Dominus vobiscum.

Et cum spiritu tuo.

℣

Sequent

Sequentia Sancti Evangelii secundum Marcum.

Gloria tibi Domine.

IN illo tempore, recumbentibus undecim Discipulis, apparuit illis Jesus & exprobravit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eum resurrexisse, non crediderunt. Et dixit eis: Euntes in mundum universum prædicate Evangelium omni creaturæ. Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint hæc sequentur: In nomine meo demonia ejicient: linguis loquentur novis: Serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocerebit: super ægros manus imponent, & bene habebunt.

Kyrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

Pater noster, &c.

Et nenos inducas, &c.

Salvum fac servum tuum Do-
mine,

Deus meus sperantem in te.

Mitte ei Domine auxilium de
sancto,

Et de Sion tuere eum.

Nihil proficiat inimicus in eo ;

Et filius iniquitatis non apponat no-
cere ei.

Estote ei Domine turris fortitu-
dinis,

A facie inimici.

Domine exaudi orationem
meam,

Et clamor meus ad te veniat.

Dominus vobiscum,

Et cum spiritu tuo.

OREMUS.

Domine Sancte, Pater omnipo-
tens, æterne Deus, qui benedi-
ctionis tuæ gratiam ægris infunden-
do corporibus, facturam tuam mul-
tiplici pietate custodis ; ad invo-
cationem

cationem nominis tui benignus assiste, ut famulum tuum (*famulam tuam*) ab ægitudine liberatum (*liberatam*) & sanitati donatum (*donatam*) dexterâ tuâ erigas, virtute confirmes, potestate tuearis, atque Ecclesiæ tuæ Sanctæ cum omni desiderata prosperitate restituas. Per Dominum nostrum, &c.

§. II.

*Litania Beata Virginis
Lauretana.*

KYrie eleyson.

Christe eleyson.

Kyrie eleyson.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Misere nobis

Fili Redemptor mundi Deus, Misere nobis.

Spiritus Sancte Deus, Misere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, Misere nobis.

Sancta